



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Stimvlvs Compvnctionis, Et Soliloqvia

Juan <de Jesús Maria>

Coloniae, 1611

De studio solitudinis. Cap. 16.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45624

ubi in hortorum morem aquæ Nili per fossas ducuntur irriguæ: sed eleuatis oculis in caelos tuos, opera digitorum tuorum, expectant pluuiam voluntariam, quæ descendit ex consilio æternæ voluntatis, & ex dulcedine infinitæ bonitatis tuæ. Hæc sit, oro, pars mea, sit potus, & esca mea, & pingue nutrimentum cordis mei.

De studio solitudinis.

CAP. XVI.

Illi sunt serui tui fideles, atque prudentes, Domine, qui aut semper, aut certis temporibus, fugiunt de medio Babylonis, ubi sunt strepitus, & rumores innumerabiles, ad solitudinem: ubi onagrorum more liberi, & solati à vinculis occasionum, & perturbationum, ingrediuntur ad pascua tua, & delectantur odore agri pleni tui. Benè est illis, quando fugiunt societatem peccatorum, & negotiatorum mundi, ne fortè inquinaentur; Fœlices sunt dum quærunt in tranquillitate solitudinis suauissimam societatem & conuersationem tuam. Certè licet deserta sint sterilia filijs huius sæculi, qui mollibus

vesti-

vestiuntur, & habitant in domibus regū;
filijs tamen tuis loca solitaria foecundis-
sima sunt, quia sciuntur eis aquę in
deserto, & torrentes dulcedinis in solitu-
dine. Tu enim fidelissime Domine, vi-
sitas amicos tuos, qui respuunt hominum
commercia, & solatia propter te: & ve-
nit super capita illorum secreta miseri-
cordia tua, sicut ros Hermon, qui de-
scendit in montem Sion. Hęc est fors
eorum, qui terga vertunt mundo, quo-
rum anima concupiscit, & deficit in atri-
a Domini. Non sollicitat illos ambitio,
aut auaritia filiorum Adę: quia omnia
desiderabilia mundi vendiderunt propter
te Domine, qui es totus honor, & hęc-
ditas illorum. Et quidem ego inuideo il-
lis sortem hanc: non quia velim eos pri-
uari hęceditate pretiosissima, sed quia
vellem & ego admitti cum filijs Leui ad
eam possidendam omnibus diebus vitę
meę. Propter quod expedit mihi, Rex
Pacifice, non multum negotiari cū Af-
syrjs, & Sabęis, sed per campos floribus
tuis vestitos quęrere te, qui lactas animā
sponsam tuam, ducens eam ad solitudi-
nem, & loquens ad cor eius. Recordor
ego, Domine, seruatorum tuorum, quos
quasi patres honorat Ecclesia tua, qui
tene-

tenebantur intimo desiderio solitudinis, ubi gustauerant te, & multiplicauerant sine testibus, inæstimabiles diuitias suas. Placet mihi valde consilium hoc, quod prædicauit verbis & exemplis casta generatio querentium Deum, quærentium formosissimam faciem Dei Iacob. Atque ideò precor te, fili Dei Altissimi, tangas digito spiritus tui viscera mea, vt suspirèt ad te gemitibus inenarrabilibus: & præ magnitudine desiderij inueniendi te fugiant de Vr Chaldæorum, ad pacem, & serenitatem tuam. Pro misericordia ista grãdi, supplicabo tibi ad altare tuum, in muneribus dilectionis, & in holocausto pinguisimo, quod instituit amor tuus. Odores, precor, suauis sacrificium noui testamenti, quod hæreditate acquisierunt charissimi filij, & amici tui.

De vigilia Cordis.

CAP. XVII.

Benè intellexit legem dulcissimæ charitatis tuæ, ô Vnigenite fili Dei, sponsa tua, quando dixit: Ego dormio, & cor meum vigilat. Qui enim possidet te, per diuinam gratiam, & æternam misericordiam tuam, habet cor sollicitum, ne fortè perdat te, & obscurentur oculi eius præ
magni

mag
min
tibi:
vive
oper
vigi
repi
Do
quia
rum
are
vt n
sup
per
ribu
bor
rio
Do
mi
rit
rec
ue
stu
de
cit
se
ne
m
pe